

204
440

Viro Clarissimo Celeberrimoque
Leonhardo Eulero
Samuel Klingenstierna
S. p. d.

Tanta sunt tua, Vir Clarissime, in rem Mathematicam merita, tot & tam insignibus Geometriam quodidie locupletas inventis, ut ab omnibus, qui huiusmodi Studios justum Statuere pretium norunt, protinus firmas gratias summo jure debeas expectare. Non alius mihi in his literis exarandis ~~mihi~~ propositus est Scopus, quam ut quanti Te tuaque praestantissima inventa faciam, facio vero maxime, Tibi ^{testi-} significem, ut favorem atque amicitiam tuam, mihi licet ignoto exorem, utque vicissim meum cultum Studium, obsequium & quaecunque a me proficisci poterunt officia sincero animo tibi offeram, quae ut candidè accipias, etiam atque etiam oro. Patere igitur, Vir Celeberrime, ut meis quandoque literis te interpellent, ut tibi significem si qua forte hic aguntur

Digna

Digna quae in tuam perveniant notitiam. Si & tuis ali-
 quando literis me vicissim cohonestare velis, meque de
 iis, quae in Scientia incrementum vel ipse motivis, vel
 ab aliis renascentis Academia Vestra Membris geruntur,
 certiolem ~~me~~ reddere non graveris, erit de quo im-
 pense mihi gratulabor, tibi que ero obstrictissimus.

Satis quidem sentio, me omnino imparem futurum
 huius benevolentiae ulla ex parte remuneranda, quem
 praesertim vivam in regione * ingeniorum Mathema-
 ticorum penuria valde laboranti; dabo tamen operam
 ne literae meae proptus vacuae ad te perveniant. Tu mi-
 hi incitamento eris, ad haec studia, quae jam ab aliquo
 tempore languidius tractavi, (quod tamen nulla mea
 culpa factum est) denuo capeffenda & excolenda.

Quid si a Te, Vir humanissime, impetravero, valde
 optarem, ut mihi breviter perscribas internam Aca-
 demiae Vestrae Constitutionem, quae & quod Membra ha-
 beat, utrum Acta aliqua vel jam publici juris fecerit,
 vel propediem erit factura. Si praeterea de negotio Ele-

obstrictatis

stricibilis mihi quedam enarrare placeat, quam au-
 dio apud Vos magnum incrementum cepisse, invento
 scilicet modo res varias combustibiles. que ignis ele-
 ctrici inflammandi, rem mihi facies gratissimam.
 Audis Te computationem Orbis Cometicæ Newtoniæ,
 nam simpliciorē reddidisse & faciliorem, quod inten-
 tum spero publico non inuidebis. Ego certe illam me-
 ritum discere ardeo, quæ ut a te profecta est, ita
 non potest non esse præstantissima. Si bonitate
 abutor, ignosce, neque tibi habere commendatissimum
 Vale. Dabam Upsalæ d. 31 Januarii st. vet. 1745.

P.S. Literas a te expecto, sub involucrio ad Regiam
Societatem Literariam Socceanam directo,
 qua ratione ad manus meas optime perveniet.

76 257

Fri. Ber.

à Monsieur

Monsieur Leonhard Euler,
Des Academies des Sciences
de Russie & de Prusse.

à Berlin.